

*Audimus verbum: motum sentimus: at
ipsum*

Nescimus, fiat quâ ratione, modum.

*Et tamen in cœnâ præsentem credimus esse
Autorem vitæ Christum hominem atq;
Deum.*

2. *Qui opprimit libertatem patriæ, justè
interficitur:*

Cæsar oppressit libertatem patriæ:

*E. Cæsar justè fuit interfectus, & causa
Pompeji fuit bona.*

Hic præter alias fallacias committitur
*fallacia plurium interrogationum, sive quæ-
stionum; duæ enim diversæ quæstiones
sunt: an Cæsar justè sit interfectus, & an
causa Pompeji fuerit bona.*

*Sic Rom. 1. v. 19. dicitur, quod gentes Dei-
tatem ex lumine Naturæ cognoverint. E.
falsum videtur esse dictum. 1. Cor. 2. v. 14.
quod naturalis homo non possit percipere
ea, quæ sunt Spiritus Dei.*

*Resp. committitur fallacia secundum plu-
res interrogationes. Nam cognitio Dei est
duplex: Una generalis, insita vel innata, ex
libro Naturæ, quæ fit per opera creationis,
& ad*